Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ora N. II.

fuscerunt manum regis assyriorum. Solue fieri sicut patres uestri et fratres qui
recesserunt ad domino deo patrum suorum
et tradidit eos in mutum ut ipsi cernitis
solue induratae cervices uestras sicut prae
sentes tradite manus domino et uenite ad
sanctuarium eius quod sanctificauit in aeter
num. Seruite domino deo patrum suorum
ut auertatur a uobis ira furoris
eius. Si enim reuersi fueritis ad dominum fratres
uestri et filii uestri inuenient misericordiam coram captiuantibus suis
qui illos duxerunt captiuos et reuertentur in
terram istam. Pius enim et clemens est dominus
deus noster et non auertet faciem suam a
uobis. Si reuersi fueritis ad eum. Igitur cur
sores persequebantur uelociter de ciuitate in
ciuitatem. Ytram effraim et manasse usque
zabulon illis ridentibus et subsannantibus
eos. At tamen quidam uiri exercitus manas
se et zabulon. Acquiescentes consilio ue
nerunt hierusalem. In iudam uero facta est
manus domini ut daret eis cor unum et fa
ceret iuxta praeceptum regis et principum iudi
cum. Consecrati ergo sunt hierusalem populi multi
ut facerent sollemnitatem azimorum
in mense secundo et surgentes destruerunt
altaria quae erant in hierusalem atque omnia in
quibus idolis adolebatur incensum ab
uertentes proiecerunt in torrentem cedron. Immolauerunt autem phase quartodecimo
die mensis secundi sacerdotes quoque atque
leuite tandem sanctificati obtulerunt holo
caustum in domo domini. Steterunt ergo in
ordine suo secundum dispositionem legem moysi
hominis dei. Sacerdotes uero suscipiebant
sanguinem de manibus leuitarum eo quod
multa turba sanctificata non esset. Et id
circo immolarent leuite phase his qui non
occurrerant sanctificati domino. Magna
etiam pars populi de effraim et manas
se et ysachar et zabulon quae sanctifi
cata non fuerant comedit phase non
iuxta quod scriptum est. Et orauit pro
eis ezechias dicens. Dominus bonus
propitiabitur omnibus qui mundo corde
requirunt dominum deum patrum suorum
et non imputabitur eis quod minus
sanctificati sunt. quem exaudiuit do
minus et placatus est populo. fecerunt ergo
filii israel qui inuenti sunt in hierusalem dol
lempnitatem azimorum. vii. diebus in
letitia magna laudantes dominum usque
singulos dies. Leuite quoque et sacerdotes
per sana quae suo officio construebant
Et locutus est ezechias ad cor omnium
leuitarum. qui bene intellexerant
bonam seruitutem domino et comederunt vii
diebus sollemnitatis. immolantes
uictimas pacificorum. et laudantes
dominum deum patrum suorum. pla
cuitque universae multitudini ut celeb
rarent etiam alios vii dies. quod et
fecerunt cum insenti gaudio. Ezechias
enim rex iuda praebuerat multi
tudini mille thauros et vii milia ou
ium. principes uero dederunt populo. x.
thauros et oues x milia. Sanctificata
est ergo sacerdotum plurima multi
tudo. et ylaritate plena omnis turba
iuda tam sacerdotum et leuitarum
qui a universe frequentia quae uenerat ex
israel. proselitorum quoque de terra israel
et habitantium in iuda. facta que est
grandis celebritas in hierusalem. qualis di
ebus salomonis filii dauid regis israel
in ea urbe non fuerat. Surrexerunt
autem sacerdotes atque leuite benedicen
tes populo et exaudita est uox eorum et